





Stazeb.  
2. 00<sup>Le</sup>  
3. 00

1. Augl. Nr. 2624, 8°






PENIS,<sup>3</sup>  
Glandem Cancroſi, ac  
feliciter diſecti

HISTORIA<sup>3</sup>

*Cum annexa diſquiſi-  
tione:*


Num, qvi integris in-  
ſtructus eſt testiculis, pene  
verò vel naturā brevi-  
ore vel caſu abbre-  
viato,

Ad proliferationem aptus eſſe  
poſſit?



Lipsiæ 1698.

Impensis JOH: MELCHIORIS  
Giebenj Bibliopolæ Havniensis.





## PRÆFATIO.

**T**urcæ, solliciti castitatis rutores, feminis suis pueros, qvorum testiculi fissâ ferulâ prius compressi, vel etiam dempti fuerant, custodes olim adhibuerunt. At verò, postqvam & hos adultos etiam posse, non solum velle compertum fuit, eis non testiculos tantū confregerunt, sed etiam cum testiculis penem extirparunt, qvem admodum Scaliger Exerc. 104. Num. 8. adsubtilitat. Cardani, atq; Roussel de partu Cæsareo Sect. 6 c 6. hist. 2. referunt. Non ob castitatis Zelum, sed victoriæ atq; gloriæ ostentandæ gratia Æthiopes virilia victis absindunt, caq; resiccata, uti Regne-

rus de Graaf Tr. de Viror. Organ. p.  
 m 130. ex Linschotti itinerario recen-  
 set, Regi, reliq; vorum Procerum  
 præsentia offerunt, hisce moribus:  
 - Pudenda inos assumunt singula-  
 - tim, atq; ad Regis pedes exspuunt.  
 - Rex collecta ac sublata in regium  
 - munus Victori restituit; Victor  
 - verò filo connexa pro monili  
 - sponsæ sive uxori suæ de collo su-  
 - spendit. Sponsa hoc habitu ince-  
 - dens in tantum attollitur, ut se  
 - vel totius mundi Reginam, aut au-  
 - reo vellere insignem credat. *9f* Zei-  
 leri Manuale lib. 1. p. 412. Crudelem  
 potius atq; inhumanum, quam  
 gloriæ cupidum se se exhibuit Pan-  
 raleon, qvi juris Gentium omnino  
 immemor, Legatis, genitalia fer-  
 ro candenti abrupta, esui dedit.  
*Montan.* Legat. Japan. p. 158 a. Qvi  
 membris, veneficio ablati histori-  
 am

am vult, videat Sennert. *Med. Pr.*  
*lib. 6. part. 9. c. 3. p. m. 1135. & p.*  
*1142. col. 1.* qvâ tamen simul cum  
*Ludovico Viv. in Augustin. de Civi-*  
*tat. Dei lib. 10. c. 16.* putat, quod,  
qvemadmodum à Circulatoribus  
nobis sic sæpe imponatur, ita & à  
Dæmonibus obtutus nostri aci-  
em falli *qf. Borell. Cent. 4. obs. 65.*  
*de ligaturis nuptorum.* Deniq; nec  
mente capti, vel insano amore im-  
pulsi h. l. sunt reticendi, cum eo-  
rum amentia observationem;  
aq; mereat ac reprehensionem.  
Duos hujus ordinis me vidisse me-  
mini, qvorum alter maritimus qvi-  
dā, alter verò studiosus erat. Ille ab  
apparitoribus in suspecta domo in  
ipso actu deprehensus, èq; lecto ad  
carcerem ductus, propter flam-  
mam perennantem ac injuriam  
acceptam colem sibimet præscin-  
dendo, in summum se præcipita-

bat periculum, èqvo tamen adhibitis requisitis emergebat. Vix ille carcerem egressus erat, ecce! studiosus qvidam, postquam propter simile facinus carcerem aulicum ingredi cogebatur, membrum sibimet abscindebat, nescio, an eadem, qvâ Sari Tagge intentione, qui sibimet manum admovendo, suppellectilem suam novaculâ abscissam Regi offerendam curavit, hâc annexâ supplicatione, ut capitis ipsi remitteretur, cum eo dempto Regi nulla, sine membro verò optima servitia præstare posset; & quod cunq; peccasset, temeritatis suæ poenam dedisset. *vid.*  
*Olearii Itiner. p 408.* Hæc sunt qvædam amputationis membra virilis exempla, qvæ tamen nullum omnino encomium, sed Crudelitas partim, partim Vesania megen-

renatur epitheton. Excellentiores sunt artis Chirurgicæ operaciones, à quibus illæ atq; differunt, atq; bestiarum in humana corpora sævitia, vel dilaceratio differt ab Anatomia, hoc est, artificiosa corporis humani dissectione. Proinde non exiguam promeriti sunt laudem, qvotqvot hoc membro per artificiosam sectionem decurtato totalem illius, atq; universi corporis corruptionem præcaverunt. Qvandoqvidem eum in finem *Sculptetus* suam de penis, sphacelo corrupti extirpatione observationem sexagesimam literis consignavit, atq; *Hildanus* aliam, de *Cancro glandis*, Centur. 3. Obs. 88. Itaq; cum & hī loci haud minoris momenti cura ante annum & qvod excurrit, felicissime, benedictione Divinâ, fuerit facta, su-

pra nominatorum Virorum exemplō moti & hancce operam intra mœnia tantum contineri atq; obsolefcere noluimus, idq; potissimum eam ob rationem, ne simili malo affecti omnem melioris status spem abjicerent; tum ne alii insimili operatione circumspiciendi atq; meditandi materia substituerentur, ac deniq; ne Chirurgi secantis dexteritas planè singularis aliis maneret ignota. Non equidem ignoro, vix defuturos, qvi hocce scribendi argumentum leve putabunt: illud tamen non obstat, qvo minus, dum Chirurgi peritis assurgo, ac morbi magnitudinem, curæq; felicioris raritatem considero, reliquum à Praxi temporis, isti impenderim. Atq; cum alii præclari Medici casuum toties ocurrentium Decades, imò Centurias

••• (8) 50

rias conscripserunt, qvid ni præ-  
sens casus, nunquam antea Gotho-  
burgi observatus publica dignus  
esset observatione, præ primis cum  
in methodo medendi singularia  
qvædam peritus lector reperiet?  
Qva propter B. L. omnem operam  
ac intentionem in meliorem par-  
tem interpretare ac vale. Dabam  
Gothoburgi anno M. DC. XCVIII.  
d. XII, Aprilis.

JOH. JACOB DÖBELIUS Dr.  
Civitatis Gothoburgens. ac  
Provinciae Bahusensis Medi-  
cus Ord.

A S                    Den



Den Ehrborne och Kunst, Er-  
farne Herren /

Herr Johan Hindrich  
Calldinicher,

Leinnar/til wålförtient Berom

Ense rescindendū, ne pars sincera trahatur

**S**öhl har Poeten sagt/som dhetta  
fordom skrifvit;

Af liiten Suurdeeg kan ju  
heela Tråget jåsa /

Dhet dee båst weta som med Martha  
stedze siåsa /

Af liiten Gnista och/ ett Huus til Afta  
blisvet.

Gå är det med vår Kropp/der fordras  
inte mycket /

Dhet är ett föga Ting som börjar  
bjita / fråta /

Gen Gåst som sätter sig i Röttet till  
at åta /

Som trypper wiida kring/ och smittar  
hela Stycket.

Då högstas Nöden är/den besta Dhelen  
frålsa / Den

• OS (o) 50

Den som är redan död / den lefande  
från skrära /  
Fast alla Lemner är os nästan lika  
skrära /  
Så måst duhet onda borth / om man vill  
haa sin hälfa.  
Så haa J och så giort / med Konst och  
Greepen nåtta  
När J Ehr Patient , den Lemmen nu  
assfurit /  
Som Mankohn wanlig här / men  
Qvinkohn aldrig burit.  
Och Mannen lefver än som sielover  
wittnar detta.  
Den sainia Lem och J / derföre Tag Ehr  
priisar  
Uti Konst-Kammar min / som lenge  
samlat blifvit  
Afkallad Rijken tre / nu till Förmee-  
ran gifvit.  
Tag för dee lärde och / begierlige stets  
wijsar.

OLÄUS BROMELIUS M. D.  
& Civit. Gothob. Physicus  
& Medicus ordinarius  
MOR-

MORBUS, EJUSDEMQUE  
CURA.

**A**nnus erat mille-  
simus, sexcentesimus.  
**A** Nonagesimus sextus,  
qvô die xxviii. Decembris Joh-  
Röhren (ob ingratitudinē no-  
mino, nec sortis conditio pro-  
hibet) LXII annorum, Congel-  
lo Gothoburgum veniens,  
Chirurgo, Joh. Hinr. Calldini-  
cher se, penisq; glandem à  
xii jam annis cum tumore &  
dolore exulceratam, ferendi  
auxiliū causa, concredidit.  
**C**hirurgus, ceu prudentis est,  
secti.

sectionē, qvam absolutè pa-  
stulabat, solustentare nolens,  
me simul actui adesse voluit,  
ut negotium communicato  
confilio inchoatum felicius  
cederet, omnemq; calumni-  
andi materiā malevolis præ-  
riperet. Qvod cū patiens avi-  
dè mallet, Chirurgus me ac-  
cedens præsentem casū pro-  
posuit, qvid in re adeò pericu-  
losa faciendum, rogitans. Re  
accuratius pensitatâ, sectio-  
nem non solum utilem, sed &  
adeò necessariam duxi, ut ex  
sola necessitate optimum in  
illa remedium repositum di-  
cerem. Interea tamen ipsum  
adii patientem, qvi monstra-  
to

to membro, medium partem  
corrupto, opem efflagitare  
non desistebat, propter in-  
tolerabilem ac continuū, qvō  
cruciebatur, dolorem. Uri-  
nam reddere jussus, maxi-  
ma prævia difficultate eandē  
demum, pluribus radiis, ve-  
luti aqua ex harpagio proflu-  
it, gleich wie aus einer Gar-  
tenkanne emisit, vel potius  
expressit. Fistulosum huncce  
tumorem undiq; specillō te-  
tigi, vasaq; hinc inde cum  
glandulis excurrentia, sanguini-  
nemq; stillantia vidi. Qva  
propter ut ut, viribus sexage-  
narii exploratis, nullum secti-  
one tutius esse remedium, a-  
nimad-

nimadverterem: vid. Senert.  
Prax. lib. 4. part. 2. sect. 5 cap.  
3. quæst. 2. anV. S. Et sanguinis  
detractio gravidis conveniat.  
p. 619. col. 1. Inter est, non quæde-  
das sit, neq; quid in corpore in-  
tus geratur, sed quæ vires sint  
Et c. cum præcipua in hoc ars  
sit, quæ nō annos numeret, Et c.  
sed vires æstimet, Et ex eo col-  
ligat, possit nec ne superesse)  
instantissimum tamē minatus  
sum periculum, meq; vix af-  
sentiri posse, simulavi. Omni-  
bus verò minis ne modicè  
quidem senem moventibus,  
sed propter doloris magnitu-  
dinem animo potius obfirma-  
to, assensum edixi, atq; ut  
in

in crastinam se præpararet,  
svasi.

Elucescente igitur altera  
die, xxix Decembris, hora  
post decimam media accessi  
cum laudato Chirурgo, qui  
sacerum suum Dn Daniel Jo-  
hann Gärtnerū, & Dn. Gotho-  
fred. Köppen pro feliori  
atq; expeditiori successu ad-  
sciverat. Facto hinc ad secti-  
onem, sanguinis profluvium,  
& deligationem apparatu,  
patiens supinus in lecto por-  
tatili decumbere debuit, sup-  
positâ podici culcitra haud  
molliori, derasisq; ingvinis,  
scrotisq; pilis. Postea glans  
corrupta sacculo inclusa, à  
mini-

ministrantium qvodam an-  
trorsum protrahebatur, post-  
quam parti penis posteriori  
& procoercenda hæmorrh-  
gia, & pro cutis totiusqve  
membri rigiditate ac tēsione  
inducenda vinculum erat  
circumdatum. Penis hinc la-  
tum nugvem à glande & re-  
cesso præputio, ab infima  
parte continuata ad dorsum  
sectione expeditè satis præ-  
cidebatur; qvô facto sanguis  
imperuosè prorumpens glo-  
bulis ex stuppa pexa paratis  
& terra Vitrioli dulci cuin al-  
bumine ovorum imprægna-  
tis retardebatur; insuper  
Chartæ bibulæ portiones ab

B

aqva

aqua frigida madidæ undiq;  
 circumponebantur, fasciæq;  
 lumbis antea substratæ cir-  
 cumvolvebantur, liberotamē  
 manente scroto. Et licet re-  
 posito hac ratione Patienti  
 cum commendatione silen-  
 tii, remissoris respirationis,  
 ac totius corporis quietis va-  
 ledixerimus: citius tamen ob  
 novam hæmorrhagiam ac-  
 currere oportuit, ubi sangvi-  
 nem manifestiùs paulò pro-  
 fluere sivimus, ut arteriâ, ex  
 qua sangvis prodibat, firmi-  
 ter compressâ, truncus secu-  
 rius accommodari posset. Cu-  
 tis qvippe penis protraheba-  
 tur, atq; exiliорibus stuppeis  
     glo-

globulis, aqua styptica Pur-  
 manni imbutis infarcebatur,  
 crepitus lupi superimpone-  
 batur, eisq; vesicula suilla ma-  
 defacta superinducebatur.  
 Vesicæ oras dum duo tene-  
 bant, aliis trucum compli-  
 catâ chartâ bibulâ quasi cir-  
 cumvallabat, fasciamq; du-  
 plicem circumligabat aliis,  
 sanguinis fluxu omnino defi-  
 ciente. Cœterū hōc ipso mo-  
 mēto patiens animi deliquiū  
 patiebatur, pulsus & respirati-  
 onotabiliter remittebant, cū  
 sudore frigido & glutinoso  
 atq; universi corporis frigore  
 ac pallore, verbo: Syncope  
 corripiebatur Qvemadmo-

B 2                   dum

dum verò sangvis dicta ratione pér totū tempus pomeridianum intra præscriptos limites continebatur; ita contra vomitus materiae cujusdam limpidæ frequentior patientem invadebat, atq; assumptis licet, malo tali convenientibus, totam noctem perseverabat, absq; omnitem sanguinis profluxuri vestigio.

Die xxx Decemb. manè decem vel duodecim circiter cochlearia jusculti Gallinacei sumpsit; à meridie interrutto fructus est somno; circa vesperam verò, cum Urinam diutiùs continere non posset, fasciæ

fasciæ sine ullo sanguinis pro-  
 fluvio religabantur omnes,  
 demtaq; sunt splenia, vesica,  
 lupiq; crepitus. Globuli au-  
 lem stuppei, aqua styptica  
 turgidi, qvod cuti firmissimè  
 inhærerent, parum tantum  
 super Urethra elevabantur,  
 ut per rimulam inferius fa-  
 etam urinam redderet. Sicut  
 ti & illud bono cum succes-  
 su, etiamsi non sine insigni  
 dolore, copiosiore lotio efflu-  
 ente, præsttit. Qvo facto pro  
 emollitione residuæ stuppæ  
 digestivum astundebatur, atq;  
 præsixo peni ac circumvolu-  
 to emplastro, recens vesica  
 imponebatur, adjectisq; sple-

niis fasciæ denuò admovere-  
bantur. Ingruente nocte vo-  
mitus cessabat, alteraq; die,  
qvæ erat xxxi. Dec. corporis  
vigor redire videbatur, post-  
quam somnus delassatum re-  
creaverat corpus. Appetitus  
ad cibum erat bonus; ad po-  
um verò nimius moderamini-  
ti subesse debebat. Hâc ipsa  
lie manè, ac vespera fasciæ  
pro emittenda Urina sunt re-  
olutæ, secundo semper even-  
u, sine ullius canalis ope. Eâ  
ivoq; nocte somnum, qvi per-  
iugium laborum omnium est  
& sollicitudinum, recuperata-  
rit, cum reddituræ salutis spe  
laud parum adaucta.

Die

Die curæ quartâ, anni ve-  
rò novi primâ, tempore ha-  
bitarum concionum vincula  
pro urinæ effluxu rursus sunt  
relaxata, unde urinam absq;  
longiori morâ, majorique  
commoditate prodiit, adeò  
ut in radice penis maximam  
doloris remissionem, moræq;  
antea habitæ abbreviatio-  
nem ipse bonô omine confi-  
teretur. Neq; hisce sic stan-  
tibus rebus canalem in auxi-  
lium sumendum duximus,  
cum quotidiano Urinæ fluxu  
nulla Urethræ fieri posset oc-  
clusio. Alvus verò, cum nec-  
dum esset soluta, clysteris u-  
sum quidem intendi, sed cum

patiens nullum vel capitis,  
 vel abdominis dolorem que-  
 reretur, neq; adhucdum ur-  
 geretur, eundem distuli. De  
 cœtero appetitum jusculi gal-  
 linacei, ut & pulpæ ex hordeo  
 cum lacte paratæ assumptio  
 testabatur. Sicuti & vesper-  
 tino denum tempore, post-  
 qvam more solito resolutis  
 vinculis, minxerat, comedit,  
 noctuq; parum dormivit.

Die curæ quintâ, qvæ est  
 II Januarii hora decima ma-  
 tutina propter enema injici-  
 endum urinâ prius reddidit  
 copiosam, peneq; rursus cir-  
 cumvolutô, Clyster fuit in-  
 jectus, qvi semiquadram ho-  
 rulæ

rulæ retentus cum excremen-  
tis haud ita multis rejicieba-  
tur. Reliqvo diei tempore  
bene habuit, qvemadmodū  
etiam nocte inseqventi.

Die curæ sextâ stuppæ, aqva  
styptica tinctæ, penisq; cuti  
antea impositæ demū excide-  
rant. Nihilominus tamen  
pro more haec tenus observa-  
to digestivum sicut adhibi-  
tum, penisq; mane ac vespe-  
ra religatus est. Ceterum cu-  
tis infima penis parte spon-  
giosior ac crassior fieri inci-  
piebat, qvare, cum metus ef-  
fet, ne magis, magisq; accre-  
scens Urethram obturaret, to-

B S tamq;

tamq; trunci anteriorem fa-  
ciem obtegeret , dicta die,  
uti &

Die curæ septimâ Urethrâ  
pro canale immittendo qvæ  
sivimus. Sed verò , qvoties  
& stylo & canale accessimus,  
toties utrumq; frustra retrahere  
coacti sumus , non solū  
ob recessam Urethram &  
nervosa corpora ad abdo-  
men , sed etiam propter coa-  
gulum , aliudq; crassamen-  
tum , qvod partim à sangvi-  
ne coagulato remanserat ,  
partim sponte regeneratum  
erat. Illa canalem ad igendi  
impossibilitas una cum tæ-  
dio,

dio, spem commodioris occasonis fecit, fore nimirum, ut remoto prius obstaculo contra ullam difficultatem canalis intrudi possit. Hac ipsa die qvoq; cum ab usu prioris ematis alvus sponte nondum esset soluta, & tamen maxima applicandi difficultas in recenti adhuc esset memoria, vinum aliquod laxativum quotidie assumere debuit.

Subsequentibus diebus bis quotidie mictionis gratia fasciæ sunt solutæ, sangvisq; grumosus cum materia quadam purulenta prodibat. Nihil minus tamē canalis nec-

B 6 dum

dum applicari potuit, instantē licet carnis fungosae sursum versus augmento.

Die Januarii septima, quæ curæ erat decima, cum Urethram altius latentem candela quâdam ceracea invenire frustra rursus tentasse, turunda ex cera imponebatur, ut hujus interventu cavitas illa, à cute facta, pro Urinæ fluxu servaretur aperta. Dum enim corpora nervosa unà cùm Urethra se se retro receperant, ita, ut vix latum unguum è corpore extarent, cutis totius trunci prominens præsentem cavitatem exhibebat

bebat, ad medii pollicis lon-  
gitudinem. Præter hancce  
cutis intempestivam condi-  
tionem nullum omnino sym-  
ptoma urgebat, nisi qvod a-  
lvus plus justo mansisset ad-  
stricta. Eodem tempore con-  
sultum duxi, ut largius pota-  
ret, indeq; freqventi mihi-  
one viam in carne fungosa-  
sibi reservaret patulam. Qvā  
ipsam bibendi licentiam ac-  
curatè etiam observavit, a-  
deo, ut licet horâ nonâ ves-  
pertinâ Chirurgus ipsum pro  
urina reddenda expediisset,  
more tamen sveto ad crasti-  
nam usq; lucem urinam reti-  
nere

nere non potuerit, sed ab an-  
cilla, qvæ ipsi à serviis e-  
rat, adjutus, mediâ nocte  
ipse fascias deligatas, absolu-  
tô negotiô religaverit. Adeò  
enim jam valebat, ut com-  
modè sedere, firimus stare,  
atq; ad sellam cubicularem  
se recipere posset.

Die curæ undecima ab-  
breviatum truncum pio offi-  
cio faciendo à fasciis rur sus li-  
beravit Chirurgus, candelam-  
que ceraceam applicuit cum  
optima patientis tolerantia  
atq; commoditate.

Die curæ duodecimâ, ex-  
tractâ priori promictione, cā-  
dela

dela recentior fuit intrusa,  
 appositis insimul in cavitatē  
 à cute relictam filamentis  
 carptis. Qvandoqvidem au-  
 tem ante Urethram caro in  
 cute inferiore nimium excre-  
 sceret, adeò, ut Urina rectō  
 cursu minus efflueret, pro  
 carne abolenda die curæ de-  
 ciūa tertia pulverem præci-  
 pitati rubri cōposuit, hâc q;  
 ratione superfluam indies im-  
 minuit.

Die decimā, qvartā cæte-  
 risque seqventjbus, cum  
 qvamdiures postularet, præ-  
 cipitati usum Chirurgus con-  
 tinuasset, æger membrum  
 suum

suum candela ceraceum, atque  
filis carptis repletum, remo-  
tis omnibus fasciis propen-  
dens cum bona valetudine  
habuit, cutisq; paulatim in-  
crassescens inferius prius in  
acutum excrevit, postea verò  
ex omnibus peripheriæ pun-  
ctis à qualiter coire, coarcta-  
ri atq; corrugari cœpit Se-  
quenti tempore ipse patiens  
emplastrum pro candelæ in-  
hæsione truncō admovendū  
tractavit, urgenteq; necessi-  
tate, à sua tamen adjutus cu-  
ratrice, candelam exemit, ite-  
rumq; indidit. Deniq, verò  
pro candela stylus ex plum-  
bo

bo confectus, itidemq; filo  
alligatus fuit immisus penis-  
que amputatus decenter coa-  
luit, hoc est, cutis æqualiter  
abscissa paulatim in angusti-  
us quasi concentrata fuit,  
cum Urethræ foramine satis  
patente. Id solummodo pa-  
tientem malè habuit, quod in  
urinæ emissione femora sem-  
per conspurcari, quapropter,  
ut eò longius lotium ejac-  
cularetur, per acuminatum  
aliqvod cornu mingere de-  
buit.

Hâc igitur methodo pati-  
ens capitis diminutionem,  
cum insigni tamen emolu-  
men-

mento passus, die septima Februarii M.DC.XCVII. domum perrexit, atq; hodienum omnis doloris expers bene valet.

Cepi hinc, qvod ultimo loco addo, meum cogitandi ansam. Utrum hic, qvi Testibus integris est, Notario tamen integro caret, ad prolificacionem aptus esse possit? affirmativam qvod eligerem multæ me moverunt rationes. Cum enim semē masculinū efficienter tantū, qvoad partem spirituosa concurrit, atq; fœcundus congressus non ex penis longitudine, sed semine spirituoso, ac optima partium muliebrium dispositione succedat, qvid obstat, qvo minus breviori stylo instructi fœcundare possent? Perqvam notæ sunt historiaz, qvibus & imperforatas à spiritu

ritu materiæ seminalis imprægnatas fuisse legimus; si ergo feminæ, virum intra vaginam non ad mitentes concipient, extra omnē dubium etiam mas, à limine tantum matricem salutans, potens satis erit. Ecquis in Gallinis non vedit tortuosī oviductus longitudinem, ac contra penis Galli brevitatem, qvin imò, seminis paucitatem? Et tamen unicō cum Gallina congresu plura simul fœcundantur ovula. Non est tanta vaginæ muliebris longitudo, nec adeò parcus seminis proventus in homine; qvidni ergo, cum in copia materiæ seminalis etiam spirituum major præsupponatur abundantia, felicius negotium, pene etiam brevissimo, procederet? Non equidem ignoro, qvam plurimis in locis, & præcipue ubi cōstistoria aperiuntur, penem lapidi-

pidibus incisum, aut ex ligno for-  
 matum esse e. g. in Dania (ridi-  
 culam ea de re historiam vid.  
 ap. Golnitz. Ulyss., p. 555.) ad qvem  
 in rebus dubiis, ceu ad regulam,  
 mensura institui solet: At verò,  
 posito, qvod certa membra requi-  
 ratur longitudo, arte tamen hic  
 per infortunium qvoddam intro-  
 ductus detectus suppleri posset.  
 Nam, qvemadmodum nimis lou-  
 gus, qvi gravissimos in & post  
 congressum dolores inferendo,  
 mulierē apoplecticam reddit, ori-  
 ficiū uteri nimiū dilatat, hæmor-  
 rhagiam aliaq; majora incommo-  
 da, proliferationem impedientia  
 excitat, qvemadmodum, inquam,  
 talis scuto qvodam , aut alio mo-  
 do, decurtari quasi potest; vid. F.  
 Hildani Cent. VI. Obs. 61. Salocini  
 Tableau de l' amour oder Geheim-  
 nisse feuscher Liebes Werke p.

6o. seq. ita & breviori membro,  
 si opus esset, alio succurri potest  
 instrumento (de marito sermo est;  
 Virgini enim parcendum) per  
 quod semen æque ac urina per  
 Cornu ejicitur, exemplo illius,  
 cuius meminit *Schenckus l. IV.*  
*obs de pene. VI. p 524. b.* vel eti-  
 am Principis cuiusdam Germani,  
 de quo ex Nancelio & Jonstonio  
*Casp. à Reis in Campo Elyso jucund.*  
*qvest. XLI. 24.* scribit, quod bom-  
 bardæ ictu eviratus argenteum  
 sibi curaverit penem, & felici suc-  
 cessu liberis operam navaverit.  
 Sin vero naturæ defectu quis la-  
 boret, & tamen uxorem sibi ap-  
 peteret, is spem de se conceptam  
 optimè expleret, si jam olim  
 nuptam ducat, eamq; sibi propor-  
 tionatam, cuius rei certitudinem  
 honeste acquisivisse, facile est.  
 Quod itaq; nostrum attinet, his-  
 ce

• 26 (27) •

ce præmissis concludo, eum, præ-  
primis cum titillationis sensum  
sæpius percipiat, haud sine fructu  
congressum, nisi senectus ob-  
esse, qvæ semen ut plurimum  
effætum, nec satis spiritu-  
osum producit.

## FINIS.

Tabula, qvâ Sculptor glandem cor-  
ruptam, cum particula ipsius penis rescis-  
sam, tam qvoad dorsum, qvam qvoad  
alteram partem, unâ cùm pondere, Ger-  
manico sermone exhibet. Hæ duæ fi-  
guræ si combinentur, atqve conjunctæ  
lumen inter ac oculum ponantur,  
totius conditio appareat.






PENIS,  
Glandem Cancroſi, ac  
feliciter diſſecti  
HISTORIA;  
*Cum annexa diſquifi-  
tione:*

Num, qvi integris in-  
ſtructus eſt testiculis, pene  
verò vel naturâ brevi-  
ore vel caſu abbre-  
viato,

Ad proliferationem aptus eſſe  
poſſit?



Lipsiæ 1698.

Impensis JOH: MELCHIORIS  
Lieben Bibliopolæ Hafniensis.



nterst theil. Ab: 169



Oberste theil

Winterstein fecit: Gothenb:



Unterst theil. A: 1696.

25 $\frac{1}{2}$  loht.





67 13  
g. M

67 13  
g. M

**ULB Halle**  
006 661 548

3






# Farkarte #13

B.I.G.

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue



PENIS,  
dem Cancrofi, ac  
liciter dissecti  
STORIA;  
*annexa disquisi-  
tione:*

, qvi integris in-  
s est testiculis , pene  
vel naturā brevi-  
e vel casu abbre-  
viato,  
olificationem aptus esse  
possit?

Lipsiæ 1698.

is JOH: MELCHIORIS  
en Bibliopolæ Havniensis.

